Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



troibit. Doctrina proueribiorum exquiret: et in absconditis para
bolarū conuersabitur. In medio magnatorū ministrabit: et in
conspectu presidis apparebit: et in terram alienarum gentū p
transiet. Bona enim et mala hominib tempt rabit. Sapie.

Dilectus deo et hominibus: cuius memoria in benedictio
ne est. Similem illum fecit in gloria sanctorū: et ma
gnificauit eum in timore inimicorū: et in uerbis suis
monstra placauit. Glorificauit illum in conspectu regum: et
uixit illi coronam ppli sui: et ostendit illi gloriam suam. In
fide et lenitate ipsius sanctificauit illum: et elegit eum ex omni
carne. Audiuit enim uocem ipsius: et induxit illum in nube.
Et dedit ei coram ad precepta: et legem uite et discipline.

Ps. Benedictus deus et pat Ad Corynthios
domini nri iesu xpi: pater misericordiarū et deus totius
consolacionis. qui consolatur nos in omni tribulacione
nostra. ut possimus et ipsi consolari eos qui in omni pressura
sunt. per exhortacionem qua exhortamur et ipsi a deo: quoniam
sicut habundant passiones xpi in nobis: ita et xpm habundat
et consolacio nostra. Siue autem tribulamur: pro ra exhortaci
one et salute: siue exhortamur pro ra exhortacione que operat
in tolerantiam earundem passionum quas et nos patimur. Et
spes nostra firma pro uobis: scientes. quin sicut socii passionū estis.
sic eritis et consolacionis in xpo iesu dno nro.

Ps. Memor esto iesum xpm Ad tymotheum
resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundū euangeli
um meum: in quo laboro usque ad uinculum quasi male operans: sed
uerbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos:
ut et ipsi salutem consequantur que est in xpo iesu cum gla celesti.
Tu autem secutus es meam doctrinam: institucionem: propositum:
fidem: longanimitatem: dilectionem: patienciam: persecuciones:
passiones. Qualia mihi facta sunt antiochie: iconio: lis